dicunt hoc fuisse anno sequenti.

1181 De carittia magna in Padua.

P. de Conpagno

tempore mensis Aprilis

C. parvorum. Cum rex Aragonum et comes Tolosanus sive Sancti Egidii Reymundus pater Raymundi pacificari non possent, cuidam carpentario apparuit Deus et dedit ymaginem virginis cum filio in circuitu scriptum erat: Agnus Dei, qui tollis peccata mundi miserere nobis, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem. Quod audientes principes venerunt apud Podium et ille ab episcopo in eminenti loco positus audacter de pace mandata proponit; tunc cum lacrimis pacem omnes promittunt et servant.

1183 De pace firmata inter Federicum primum imperatorem et Ytalianos.

Tansalgardinus

32 imperii ejus ~~XXIX~~ 29

Eçelinus

D. 1184 Pons Brente de Meçaniga fuit factus et Lucius papa fuit in Verona.

1186. De quodam miraculo facto in exercitu regis Anglie.

Padude. Eodem anno cum in exercitu regis Anglie esset multitudo Cathelanorum et unus male partam pecuniam ludendo amitteret et ymaginem virginis blasfemans congessit et tandem lapidem jecit et pueri ymaginis brachium fregit et inde cruor continuo emanavit qui infirmis sanitates restituit. Ille vero in-